

Bartholomäus von St. Trond

fol. 88^r

iterum congregata. Prefata autem universitas post audicionem et plenam relacionem tunc factam deputavit venerabilem magistrum Iohannem Plate sacre theologie professorem, quod una cum me rectore [87v] accedere-
mus presenciam illustris principis domini nostri ducis Ludwici etc. et illa
supradicta clare referremus et exponeremus sue serenitati pro excusacione
venerabilis magistri Heinrici Münsinger doctoris prefati, quod et ita actum
et factum fuit. Et de hoc dictus princeps valde gratulabatur et plene gavisus
fuit etc. 5

*¹³⁹ Nota quod in die sancti Nicolai, que fuit 6^a decembris, in capella beate
virginis universitatis nostre hora prima post meridiem facta prius ad hoc
plena congregacione omnium doctorum et magistrorum fuit per me rec-
torem requisitus Nicolaus Bûchfelder ad officium scultecie tunc de novo
assumptus et constitutus, quatenus nostre universitati prestaret iuramen-
tum solitum super conservandis et manutenendis libertatibus et privilegiis
nostre universitati concessis pro se et familiaribus suis, quod ipse Nicolaus
Bûchfelder scultetus pro tunc libere et absque aliqua contradiccione fecit et
prestittit, et hoc ipsum sibi singulariter a domino duce Ludwico iniunctum
et mandatum esse dixitⁱ⁾. Acta sunt hec in presencia Friderici Aurifabri
tunc magistri civium opidi Heydelberg.^{j)} 10
15

[1430 Dezember]

20

[88r] ^{k)} Rectoratus primus domini Bartholomei de Herkenroye
decretorum doctoris^{k)}

^{l)} Anno domini millesimo cccc^o xxx in vigilia sancti Thome apostoli [20.
Dezember] facta congregacione per iuramentum doctorum et magistro-
rum per venerabilem virum magistrum Ottonem de Lapide decretorum
doctorem rectorem ad sanctum Iacobum electus fuit concorditer in recto-
rem Bartholomeus Herkenroye de Sanctotrudone decretorum doctor. Acta
sunt hec.^{m)} 25

ⁿ⁾ Anno domini 1430 in crastino sancti Thome apostoli [22. Dezember]
rector precedens fecit computum de omnibus expositis et receptis et om-
nibus computatis et defalcatis mansit obligatus in decem et novem florenis
30

*¹³⁹ [Nota iuramentum sculteti]

ⁱ⁾ folgt in gestr. A ^{j)} Rest der S. frei A ^{k)...k)} wohl Dezember 1438 von der unten fol. 158r
schreibenden Hd. nachgetr. A ^{l)} Handw., die auch fol. 158r schreibende Hd. A ^{m)} danach eine
knappe halbe Seite frei A ⁿ⁾ Handw. A

245